



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Sixti pape tertij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

## Decreta Sixti pape.

pendia militasse, & omnē egisse in dominicis castris ætatē, si hi qui præfutura sunt ex laicis requiratur. Qui vacantes seculo, & omnē ecclesiasticū ordinē nescientes saltu proprio in alienū honorē ambiunt immoderata cupiditate transcendere, & in aliud vitæ genus calcata reuerentia ecclesiasticæ disciplinæ trāsire. Talibus itaq; fratres charissimi qui iuris nostri, id est canonū gubernacula custodimus necesse est obuiemus, hisq; fraternitatē vestrā epistolis cōmonemus, ne quis laicū ad ordinem clericatus admittat, & finat fieri, vñ & illum decipiat & sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

**F** II ¶ Docēdus est populus nō sequēdus. Nosq; si nesciūt eos, quid liceat, quidue nō liceat cōmonere, nō his cōsensum p̄bere debemus. Quisquis vero conatus fuerit rērare, phibita, sentiat cēsura apl̄icæ sedis minime defutura. Quæ em̄ sola admonitōis autoritate non corrigimus, necesse est p̄seueritatē cōgruentē regulis vindicemus. Per totas ergo hoc q̄ p̄prijs rectoribus carēt ecclesias volumus innotescat, vt nullus sibi spe aliqua forsitan blāditus illudat. Data, xij. Calēn. Augusti Florentio, & Dionisio consulibus.

## Incipiunt decreta Sixti pape.

**G**



Ixtus eps omnibus orientalibus epis in dño salutē. Gratias v̄ræ referimus sanctitati, qd̄ in tribulatōe & p̄secutiōe n̄ra vos visitare misistis, & causæ nostræ finē bonū scire, & esse op̄astis p̄cibusq; deū exorastis, vt mihi in tribulatiōe succurreret, mea meq; adiuuaret, & ab em̄ulis tribulātibus & p̄sequentibus me liberaret. O quā bona est charitas q̄ abentes p̄ imaginē p̄sentes sibi met̄ ipsis exhibet p̄ amorē, diuisa q̄q; vnit, & cōfusa ordinat, inq̄qualia sociat, im̄perfecta cōfirmat. Quā rectē p̄dicator egregius apostolus, videlicet Paulus vinculū p̄fectiōnis vocat, qm̄ virtutes quidē carere p̄fectiōne generāt, sed tñ eas charitas ita ligat, vt ab amātis mēte dissolui iam nequeāt. Hac q̄q; virtute fratres plenos vos spūs sancti gratia eēre perio dū solaciari mihi in meis anxietatibus sentio. Nec miꝝ charissimi si me p̄sequunt̄ æmuli mei, cū caput nostrū qd̄ ē Christus olim æmuli quidē sanctæ dei eccl̄iæ seruorūq; eius sint p̄secuti, vñ & ipsa p̄ se veritas dicit. Si patrē familias Belzebut̄ vocauerūt, quāto magis domesticos eius? Quæ itē dicit. Si de hoc mūdo essetis, mundus, qd̄ suū erat diligeret. Sed quia de hoc mūdo nō estis, sed ego elegi vos de mūdo, p̄pterea odit vos mundus. Hæc fr̄es cū & nos sciamus, & alijs nosse p̄dicamus, vosq; ea p̄fectæ scire nō dubitemus p̄pter insidiantū vituperationes, aut accusatōes, vel p̄pter adulātium laudationes, nec ad dexteram, nec ad sinistrā declinare debemus, sed inter verba laudantium siue vituperantiū ad mentem semp̄ recurrendū est, & si in ea nō inueniūt bonū qd̄ nobis dicit magnā tristitiam ḡnare debet. Et rursus si in ea nō inuenitur malū, qd̄ de nobis homines loquunt̄, in magna debemus leticia proficere. Quid em̄ si om̄es laudāt, & cōscientia nos accuset, aut si om̄es accusent & cōscientia nos liberos demōstret? Habemus Paulum dicentē. Gloria n̄ra hæc est testimonium cōscientiæ nostræ. Iob q̄q; dicit. Ecce in cœlis testis meus. Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui qd̄ volūt. Quid em̄ aliud detrahētes faciūt, nisi q̄ in puluerē sufflant, atq; in oculos suos terrā excitāt? Vñ plus detractōis perflant inde magis nihil veritatis vidēt, vocādi tñ sunt etiā ipsi, & tranquille admonēdi eisq; satis fieri modis oibus debet, sciētes qd̄ de Iudæis veritas ait, ne forte scandalizemus eos. Si aut̄ satis fieri sibi ex veritate noluerint, habes cōsolatōem quā in euāgelio aspicias, quia cū dño d̄cūm fuisset, scis quia audito hoc verbo scandalizati sunt, respondit. Sinite illos, cæci sunt duces cæcorū. Paulus q̄q; ap̄tus admonet dicēs, si fieri potest qd̄ ex vobis est, cū oibus hoibus pacē habentes, dicturus cū omnibus hominibus pacē habentes, quia hoc difficile esse perspexit, p̄miserit, si fieri p̄t, & subiunxit, qd̄ potest fieri cū dicit qd̄ ex vobis est, quia si nos it̄ mente charitatē erga odientes seruare cupimus, & si illi pacē nobiscū nō habent, nos tñ cū illis sine dubio habemus. Qd̄ ergo mādastis, vt scriberē vobis qualiter instans iurgiū cōtra me suscitātū sit vel à quo, vt v̄o ad miniculo pelleret, & causa mea firmaret. Scitote me criminari à qd̄ā Basso & iniuste p̄sequi. Quod audiens Valentinianus August⁹ nostra autoritate synodū cōgregari iussit, & factō cōcilio cū magna examinatiōe satisfaciens omnibus licet euadere satis aliter potuiss̄em, suspitionē tñ fugiens corā omnibus me purgavi, me scilicet à suspitione, & emulatione liberās, sed nō alijs qui noluerint, aut sponte hoc nō elegerint faciendo formā exēplūq; dans, cū scriptū sit. Si quis crimen obijcere voluerit scribat se prius p̄baturū & alibi. Criminatōes aduersus doctorē nemo recipiat, & itē. Si quis ep̄us p̄b̄, aut diaconus, vel quilibet clericus, apud ep̄m à qualibet p̄sona fuerint accusati, quicumq; fuerit, siue ille sublimis vir honoris, siue vllius alterius ḡhis p̄sona qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit docēda probatoribus monstrāda documētis se debere inferre.

ferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probata detulerit, intelligat se iacturam infamie sustinere, & sub magna excoicatione exilio deportari, ista omnia postposita non alijs, ut paulo superius sublatum est exemplum dando, sed me a profana infamia & suspitione liberando.

¶ Cōdemnatus est autem memoratus Bassus a iam dicta synodo, ita tamen ut in ultima die viaticum ei non denegaretur propter humilitatem pietatis ecclesie.

¶ Valentinianus quoque antedictus imperator scripto eum condēnavit cum Augusta matre placida & omnia

partia facultatum eius futuris de talibus dāis hominibus formam ita faciendi, ecclesie catholice sociavit.

¶ Sæpe dictus ergo Bassus nutu diuino non multo post moritur. Cuius corpus licet dignum non esset sepulturæ, propter misericordiam tamen sepelivimus eum in cubiculo parentum eius. Et quamquam ipse erga me stulte & imprudenter egisset, ego vero misericorditer circa eum egi cogitans illud quod dominus in euangelio loquitur dicens: Si non dimiseris hominibus peccata eorum, nec pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra. Et in ipsa divina oratione quam salvator noster discipulos orare docuit, quod die supplicando domino dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & multa sunt alia, & his similia. His itaque dimissis de me peractis, quia contra voluntatem episcoporum, qui nobiscum erant, propter humilitatem sensus mei nullo compulsus iudicio ac vim passus, sed sponte eligens hæc nec formam, ut iam dictum est, alijs dando, sed me purificando feci, in alijs tamen episcopis competens adhibenda est de talibus medicina vulneribus, ne imatura curandi facilitas mortifera capitis peste nihil possit, sed segnius tracta perniciem reatu non legitime curatio inuoluat, pariter sanciatos & medietes. Ob id ergo statuentes decernimus, ut hi qui non sunt bonæ conversationis & quæ vita est accusabilis, vel quæ fides, vita & libertas nescit, non possint domini sacerdotes accusare, nec viles personas ad accusationem eorum admittant.

¶ Similiter hi qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspitionis voce adversus maiores natum non habeant accusandi, quia suspitiosa vox, & inimica veritatem solet opprimere, peregrina vero iudicia salua in omnibus applica autoritate generali sanctioe prohibemus, quia indignum est, ut ab externis iudicentur, qui principales, & a se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum, unde oportet, ut si aliquis episcoporum super certis accuset criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia episcopis, quia non oportet accusatum alicubi quam in foro suo audiri. Si quis vero iudicem adversum sibi senserit, vocem appellatiois exhibeat, appellante autem non debet afflictio ulla, aut detentio iniuriare custodia, sed liceat appellatori vitiatam causam appellatiois remedio subleuare, liceat etiam in causis criminalibus appellare, nec appellandi vox denegari ei quem supplicio in fine destituit, pulsatus ante suum iudicem causam dicat, & non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit liceat, & ut pulsatis quies appellaverint inducatur denique. Si quis ergo iratus crimine aliquid cuiuslibet temere obiecerit conuictum non est pro accusato habendum, sed permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse resipiscens quod per iracundiam dixit, iterare aut scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo qui crimine obicit, scribat se probaturum. Re vera ibi semper causa agatur, ubi crimine admittit. Et qui non probaverit quod obiecit poenam quam intulerit ipse patiatur.

¶ Placuit etiam, ut si episcopus accusatus appellaverit apostolicam sedem, id statuendum, quod eiusdem sedis pontifex celsuerit. Hæc tamen omnia in sacerdotum causa forma serventur, ne quemquam in fine non a suo iudice dicta constringat. Occurrere quoque quisque fidelium ruinis debet oppressorum, & miserorum consilio, quo valeat ex relevatione alienæ vindictæ a se dei removere vindictam. Libat ergo prospera qui ab afflictis pellit adversa, unde scriptum est. Frater fratrem adiuvans exaltabitur. Ecclesia enim dei sine macula & ruga debet existere, & ideo non oportet eam a quibusdam conculari, aut maculari, quia scriptum est, una est columba mea perfecta mea, hinc iterum dominus ad Moysen ait. Est locus penes me, & stabis supra petram. Quis est locus, qui non sit domini, dum cuncta in ipso per quem creata sunt, continentur. Sed tamen locus apud eum videlicet sanctæ ecclesie unitas est, in qua supra petram statuitur, dum confessionis soliditas humiliter tenetur. Vos quoque & omnes fratres nostros ecclesiam Christi sanguine redemptam regentes monemus, ut omnes a præcipitio in quo fratres & domini pastores detrahendo & persequendo verbis labuntur, laqueis quibus potestis retentis, & labi eos in ima non permittatis, quia scriptum est. Ira viri iustitiam dei non operatur, hinc rursus dicitur. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram, hæc autem vos autore deo omnia servare non ambigo, sed occasione admonitionis exhorta bonis vestris operibus & desiderijs me furtive subiungo, ut quod non admoniti facitis, quando vobis & admones additur, iam non soli faciatis.

¶ Quapropter fratres oportet vos & omnes fideles diligere inuicem, & non detrahere, aut accusare alterutrum, scriptum est enim. Dilige proximum tuum, & coniunge fidem cum illo, quod si denudaveris absconsa illius non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, & non eum capies, non illum sequaris, quoniam longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam

## Decreta Sixti pape

niam vulnerata est anima eius, vltra eum non poteris colligare, & maledicta est concordatio, denudare autem amici mysteria desperatio est animæ infidelis annuens oculo fabricat iniqua nemo eum abijciat: In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & sup sermone tuos admirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa audiui, & non cor quauit ei, & dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidē, sup caput eius cadet & plaga, dolose diuidet vulnera. Qui fodit foueam incidit in eam, & qui statuit lapidem proximo offendet in eo & q laqueum alio ponit, peribit in illo, facienti nequissimū consilium super ipsum deuoluetur, & non agnoscat vnde adueniet illi. Illusio & improprium supboz, & vindicta sicut leo insidiabit illi, laqueo peribit qui oblectantur casu iustorum. Dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ita & furor vtraq; execrabilia, & vir peccatorum continens erit illorum. Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur, homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum: ipse dum caro sit, seruat iram, & propitiationē petit à Deo: Quis exorabit pro delictis illius? Memeto nouissimoz, & desine inimicari: Tabitudo em̄ & mors imminēt mandatis. Memorare timorē dei, & non irascaris proximo. Memorare testamēti altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te à lite, & minues peccata, homo em̄ iracundus incēdit lites, & vir p̄ctōr turbabit amicos, & in medio pacē habetium immittet inimicitiam. Secundū em̄ ligna syluæ, sic ignis exardescet, & secundum virtutē hominis iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suā. Certamē festū natum incēdet ignē, & lis festinans effundet sanguinē, & lingua testificans adducet mortem. Si sufflaueris, quasi ignis exardabit, & si expueris sup illam extinguet, & vir peccatorum proficiunt. Sufurro & bilinguis maledictus, multos turbauit pacē habētes, lingua tertia multos commouit, & disperfit illos à gēte in gentē. Ciuitates muratas diuitū destruxit, & domos magnatorū effodit, virtutes populoz concidit, & gētes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viritas eiecit, & priuauit eas de laboribus suis. Qui respicit illam non habebit requiē, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga liuorē facit, plaga autē linguæ comminuit ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic, quomodo q interierunt p linguam suā. Beatus q tectus est à lingua nequam, & q in iracundiā illius non transfuit, & q non attraxit iugum illius, & vinculis illius non est ligatus. Iugum em̄ illius iugum ferreum est, & vinculum illius vinculum æreum est. Mors illius mors nequissima est, & vtilis potius inferis quā illa p̄seuerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum, & flamma sua non comburet iustos. Qui derelinquunt Deum, incidunt in ilam, & exardescet in illis, & non extinguet, & immittet in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguā nequam, & ori tuo facito ostiā, & seras auribus tuis, aurum tuum, & argētum tuū conflat, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantū tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortē, ista caueant oēs & cohibeant linguam suam à malo, & labia eorum ne loquantur dolum.

**F** ¶ De cætero charissimi confortamini in dño, & in potētia virtutis eius. Induite vos armatura Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitia in cœlestibus, propterea accipite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus p̄fecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induite lorica m iustitiæ, & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis in omnibus, sumentes scutum fidei, in quo possitis oia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spūs quod est verbū dei. Hæc frēs vobis scripsimus, & generaliter omnibus notum fieri volumus, vt quæ cæteros tangūt omnibus nota fiant. Omnipotēs deus vos & reliquos fratres vbiq; consistentes protegat vsq; in finē, q cunctum mundū est dignatus redimere Iesus Christus dominus noster, qui est benedictus in secula, Amen. Data Caleñ. Aprilis. Valentiniano & Florentio. IIII. consulibus.

¶ Subsequuntur Epistolæ Leonis Pape

## Incipiunt epistole Leonis pape ad Euticen Con

stantinopolitanum abbatē aduersus Nestorianam hæresim

EPISTOLA PRIMA.

¶ Dilectissimo filio Euticeti presbytero Leo episcopus.

Ad no-